



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 111. Calvinianæ Sectæ libertas in Galliis edicto publico asserta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Sæc. XVII. latini militibus Heidelbergam deduci-
A C. 1610. tur, inde vero Rotterodamo Briellam
raptus & Anglicæ navi impositus, ad-
junctis etiam decem Fœderatorum na-
vigiis in Angliam deportatur, traditus
Eduardo Roberti Cæcilii Catholicis in-
fensissimi Fratri Germano: Confestim in
publicis etiam novellis spargebatur, quod
Pater Balduinus in Londinensi turri in-
clusus, ac quæstioni subjectus promissa
vitæ gratia, plures hujus conjurationis
conscios, aliaque prorsus singularia ma-
nifestarit: Hoc tamen rumore haud
territus, Archidux Albertus Jacobum
Angliæ Regem datis literis, ut sibi
hunc Patrem redderet, petiit. Promi-
fit Rex, daturum se operam, ne reo
molestiæ quicquam aut periculi creare-
tur, si probaretur innocens. Produc-
tuntur testes, proferuntur acta, & ipse
met Balduinus in judicium saepius pro-
ducitur, qui tamen omnia diluit, ex-
plicuit, atque ita demonstravit, ut Ja-
cobus Rex Balduinum innocentem de-
clararet, quamvis illum non nisi evoluto
octennii spatio dimitteret, postquam ejus
libertatem potissimum Sarmientus Co-
mes Hispani Regis Orator sollicitaverat.

§. CXI.
*Calvinianæ sedæ libertas in Galliis
edictio publico asserta.*

Justis

Justis defuncto Henrico IV. Regi die Sæc. XVII.
vigesima nona Junii persolutis, ejus- A.C. 1610.

que Corpore prima Julii die in oppido

Sancti Dionysii sepulto, tota Francia *Hist. du*

novam faciem inducere videbatur: Au- *Parlem.*

rea omnino tempora mox redditura præ- ^{c. 44 & 46.} *Merc. Gal-*

sagiebant nonnulli, alii sub Rege pu- *lobelg. t. 6.*

pillo, & fœmina ac quidem Itala Regni ^{l. 3. p. 556.}

Moderatrice amplas Henrici spes & con- ^{& 582.}

filia unacum Franciæ gloria peritura *Calmet Hist.*

vaticinabantur: Religionem & Eccle- *Univ. l. 15^o.*

siam Dei ab hæresis fermento expur-

gari sperabant Catholici, majorem e

contrario sectæ suæ libertatem sibi pol-

licebantur Protestantes, postquam Re-

gina Protestantibus, qui Julianum oc-

cupaverant, significari jussérat, quod

fœdus inter defunctum Regem & Prin-

cipes initum religiose servare, promis-

sumque auxilium nulla mora submittere

velit. Reclamabant Pontifices & Hi-

spani Regis Oratores, omnemque, ut

hujus auxilii successum præpedirent,

movebant lapidem. Verum his respon-

sum est, suppetias istas non in Religio-

nis perniciem esse comparatas, sed eam

ob caußam, ut Principibus hisce in sua

possessione firmatis æquale obsequium

antea Regi defuncto ab eis prætitum

compensaretur. Hujus propositi caußā

vel obtentus fuit sollicitudo pro novi Re-

gis incolumitate, quam fartam servari

Sæc. XVII. haud posse suggerebant nonnulli, nisi
A.C. 1610. Lutheri & Calvini Sectatoribus eidem

devinctis atque obnoxiis: nec vana erat
cura aut formido; quippe non modo
seditiosi de restauranda cæde Bartholo-
mæana, ut vocabant, rumores jamjam
per urbem volitabant, sed etiam Hu-
gonotæ Proceres castella & arces, quas
occupaverant, valide munire, ac mil-
ties conscribere parabant: quo circa Re-
gina, ut illos a concitandis turbis, ad
quas propensi videbantur, averteret,
Nannetenie editum die vigesima se-
cunda Maji præter cetera edicta ac de-
creta in favorem hujus sectæ confirmari
curabat: quoniam vero Rex compen-
set, quod plures ex Hugonotis arces
vi occupatas reddere tergiversarentur,
hinc Rex die vigesima quarta ejusdem
Mensis edito decreto declarabat, quod
eis præteriorum veniam indulgere pa-
ratus esset, ea tamen lege, ut restitu-
tis arcibus arma deponerent. Insuper
Regina, ut populi affectum clementia
mercaretur, plusquam sexaginta edicta
revocavit, pluresque impositas ex-
actiones suppressit: Denique Rex novus,
ne quid Calvinistæ ad suam publicam
que securitatem desiderarent, aut Regi,
Regno, suisque subditis, uti inquietabat,
noxiū quicquam exinde succrescere posset,

pariter Calvinianæ sectæ libertatem iu-

Gallias

VIII.
, nill
eidem
na erat
modo
ortholo-
mjam
a Ho-
quas
mili-
ca Re-
s, ad
teret,
ia se-
ac de-
irmari
speril-
arces
entur,
sdem
quod
repa-
stitu-
super
entia
edicta
exa-
ovus
cam-
Regi-
ebat,
posset,
em in
allii

Galliis publico edicto suo tasserere vo- Sæc. XVII.
luit, in quo Ministrorum suorum im- A.C. 1610.
pulu ita effatus est: *rerum usu Præde-
cessoribus Regibus sat exploratum fuit, fru-
stra vi & armis ad Catholicam fidem, qui
ab ea defecerant, fuisse impulsos, Emula-
tus idipsum Genitor noster, ut adversos a-
nimos conciliaret, Namnetense edictum tu-
lit, quo promulgato, servatisque illius de-
cretis pax inturbata coaluit: hinc pariter
volo ac decerno, ut præsatum edictum ri-
gide & sigillatim obseretur, quique minus
obtemperantes fuerint, velut publicæ quietis
turbatores coerceantur.* Nec tamen
hac indulgentia Ludovicus XIII. Rex
Hugonottarum animos, et si idem edi-
ctum rursus ac tertia jam vice Anna
millesimo sexcentesimo vigesimo secun-
do innovasset, ad obsequium revocare
poterat, uti infra ex Rupellensi tumultu
conspiciemus.

§. CXII.

*Facultatis Parisinæ oppositio adver-
sus docendi licentiam Jesuitis
concessam.*

Eodem hoc anno die vigesima Augusti Argentre
instantibus Jesuitis Ludovicus Rex coll. Jud.
diploma concessit, vi cuius occlusas ab Facult.
annis quindecim Collegii Parisiensis Theol. tom. 2.
Scholas recludere eisdem indulxit. Hi Juvenç. hist.
L 3 diplo. Soc. l. 12.
part. 5. p. 85.